

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Achaz Christian Ranger Erdmann Eckard Rubach

## **Disputatio Iuridica De Eo Quod Iustum Est Circa Consilium**

Regiomonti: Praelo Reusneriano, 1680

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn807003182>

Druck Freier  Zugang





K. K. - 2 (100.)

1. Mollenbus de duobus testamentis simul validis.
2. Caroc de investigando beneficiendoque statu causae forenris.
3. P. Müller de libris officialem. Ante regis cur.
4. Hartung de curatore ad litem.
5. Strycte de iuramento purgatorio in causis civilibus.
6. Strycte de domicilii mutatione.
7. Radov. de subfudis.
8. Bünzow de jure detractionis et emigrationis.
9. Strycte de matrimonio ex ratione status.
10. Bechmann de lebico aetatis.
11. Kürfeld de tituli invalidi confirmatione.
12. von Aoswile. De praerumtionibus.
13. Boltz de anatomico.
14. Charioius de dolo.
15. Charioius de culpa.
16. Willebrandt. de senatusconferto macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure postinireos.
19. Ranger de concurre actionum.
20. Ranger de eo quod justum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et fono philosophorum.
22. Radov. de furtio.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Kraft de concurso judicii civilis et criminalis in cauis ultimi supplicii.
25. Meyer de indicis in criminis magiae quod torturam reprobatis et approbatis.
- 26a-2. Wegner de verborum significacione disput. I-IX.
27. Cleemann de recipio cohaeredum substitutione.
28. Eichrodt de vi rei judicatae.
29. Wincop de recindenda divisione hereditaria.
30. Reinhorth. de successione fisci.
31. Banja de usuio ultra alterum tantum.
32. Schröeter de commode vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuisse.
33. Schröeter de reformatione iuriis civilis circa causas matrimoniales a Romano pontifice per jus canonicum perverse tentata.
34. Streit de actione que ex mala numeris administratione competit.

35. Gribner de fidejus fore nullius apud saxonos sine curatore contradictio.  
36. Beckmann de patria potestate.  
37. M. Grass de jure prototorum.  
38. Klinger de dote.  
39. Werner de jure emphyteutico.  
40. Streit de repudio et divorcio.  
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et hororum possessione.  
42. I. L. B. Böhmer de filio vagalli successore in feudum.  
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romano rum rege.  
43<sup>o</sup> de Bellmont de auctoritate Erfurtana.  
44. Spoenla de favo ac privilegiis praticantium in camera imperiali.  
45. Kestner de jure humaniore Codicis.  
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.  
47. Schroeter de probatione per testes et praesumptione itemque juramenti  
in judiciali et necessario in processu executivo locum habente.  
48. Brückner de favore ultimariis voluntatum.  
49. Schroeter de principiis rescriptis eorumque usus moderno.  
50. Sahme de jure numeri septenarii Non Vixit nec subiudebat Zoff.  
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.  
52. Scherbaum de pariete communii ejusdemque jure.  
53. Schnidt de denunciatione e suggestu.  
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.  
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.  
56. Streit de quatuor quartis.  
57. Napier de impensis in rem alienam a b. et m. f. postponi placit.  
58. Schott. de uxore desertice dote sua est regula quidem, non tamen  
semper privanda.  
59. Bauer formulam, qua pecunia, dotalitatem ferriens vidua mortua  
in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non inferre.  
60. Riccius de conventione obligationis debitoris ad carcavam in ou-  
ra debiti.

Quod Fausto fiat Numine  
DISPUTATIO JURIDICA  
De  
**EO QUOD JU-  
STUM EST CIRCA  
CONSILIOUM,**

Quam  
Decreto & Autoritate Magnifici JCtorum or-  
dinis in florentissimâ Albertinâ

Sub  
Tutamine

*Viri Nobilissimi, Excellentissimi atq; Consultissimi*  
DOMINI

**ACHATII CHRISTIANI  
RANGERI,**

J. U. D. & P. P. Ampliss. ut & Consistorii Sam-  
biensis Assessoris Gravissimi,  
Domini Patroni & Praeceptoris sui omni honoris cultu &  
obseruantia eviternum colendi  
Publicæ placidæq; Eruditorum disquisitioni  
subjicit

**ERDMANNUS ECKHARDUS RUBACH,**

Cammin: Pomer:  
In Auditorio Majori  
Ad diem 17. Maii Anno M. DC. LXXX.  
h. l. consuetis.

*REGIOMONTI, PRÆLO REUENERIANO.*

VIRO  
NOBILI CONSULTISSIMO  
ATQ; CLARISSIMO  
**DNO. ANDREÆ**  
**LADEBACHIO,**  
Reipub. Lœbnicensis Secreta-  
rio meritissimo, ut & Venerabilis Con-  
sistorii Sambiensis Advocato Ordinario  
Famigeratissimo,

*Domino Patrono, Fautori & Evergetæ  
ob egregia in se collata merita nullò non Honoris  
cultu æternum prosequendo.*

Hunc foetum Academicum aliqualis redhostimenti  
loco in arrham gratitudinis humili mente,  
promptâ manu in sinum deponere voluit,  
debuit

**E. E. RUBACH.**

**S**i quis rectâ mecum nationis flaterâ u-  
titur, haud inficias ibit, illi sacram o-  
mniō felicitatis anchoram contigisse, qui  
Optimorum Patronorum favore fulci-  
tur, Consilio regitur, Benevolentia mu-  
nitur; Tunc etenim res ejus in vadō est, néq; timere  
necessē habet, ne fluctuans in ambiguo Spei liburnica  
scopulis novercantis fortunæ allisa aliquando naufragium  
faciat. Ego sanè, si vitæ heic Regiomonti aetæ scenam  
penitus revolvo, gratulari mihi singulari Numinis  
auspiciō de Tantō salutis studiorumq; statore cogor, quō  
Titulō, Te, Vir Clarissime, omnī procul adulatioне ve-  
neror. Hoc unicō elogio, prolixum beneficiorum cata-  
logum strictim recensens, non nescius, eam esse Optimō-  
rum Virorum optimam virtutem, ut nimis laudibus  
onerari nolint. Neq; ausim vel extremis delibare la-  
bris vastissimum cumulatisimorum meritorum mare,  
quod, licet anni mihi ultra seculum prorogentur, præ-  
coniū tamen exhaustire minimè possum. O infelicem,  
o infelicitissimum me Ulyssem, qui quod Hospitali meo  
Alcino rependam, præter vota & grates nibil habeo,  
nihil enim præter hæc animi munera & gratae mentis  
pignora offero. Quanquam non desperem suscepturnum  
Te amicā manu, bilari fronte, serenō animō hoc quale-  
cunq; de Consiliō disputandi argumentum. Sane plu-  
rima

rima laudum tuarum præconia in promptu essent in  
medium afferenda; verum cum animi Tui moderatio  
atq; hæ pagellarum angustiæ ea non ferant, satius esse  
credi, laudes Tuas tacitō animō estimare, quam in  
illis illustrandis infantiae maciem publicare. Rem pau-  
cis absolvo, Tu ille ipse es, qui me non solum optimis  
consiliis fidelissimisq; admonitionibus, sed & Ope &  
**Consilio** simul adjuvare, & egregia affectus Tui  
apud me extare voluisti specimina: Quamdiu ero,  
( ita me Musæ ament ) in pretio mihi semper eris, nec  
unquam memoriam tam proni in me animi exolescere  
patiar. Deus Te amet, qui Te semper  
amavit, quem Tu semper amasti: Deus  
Te servet, qui Te semper servavit: Deus  
Te amet, servetq; ut Tuos diu amare  
diu servare possis!

Cum

I. N. J.

Um potissima cujusq; rei pars  
principium sit l. i. ff. de O. I. Et Ethnici,  
teste Ciceronel. i. de divin. nihil ritè, nihil de-  
center se sine Deorum immortalium, ope-  
consiliò, honore auspicari potuisse existima-  
rint, prout illud non tantum sequens græca  
sententia δεχνη μηδε τέλος αντίστρω πολεις θεού,  
verum & Pithagoræ effatum, ne te operi accingas nisi divos ante pre-  
catus, satis comprobat. Quidni & nos Christiani ex lumine revela-  
tō rectius sentientes cum Apostolo l. ad Cor. 10. v. 13. & Legum scien-  
tissimo Principe nostro bene credamus & competenter universa geri,  
si rei principium fiat, decens & amabile Deo Nov. 6. in pr. Hinc  
qvum mecum constituerim, priusquam Patrios repeto Lares aliquam  
Juris materiam pro ingenii tenuitate enucleare, eamq; publici Juris  
facere, saltem oftensus me illustris hujus Academiæ civem fuisse,  
& ex Consiliò Excell. Domini Präsidis, Präceptoris mei submissā  
animi observantia colendi, consilii materiam elegerim, eandem et-  
iam in nomine Jesu elaborandam suscepi, ratus commendatione  
haud egere id, quod se ipsum commendat arg. l. i. pr. d. Restit. in in-  
tegr. nec quemquam de ejus usu & excellentiā nisi Hospitem in Juris-  
prudentiā dubitaturum. De cætero, quia nihil in rebus humanis  
prospere agitur, quod non error aliquis interpolet (nam omnium ha-  
bere memoriam & in nullō penitus aberrare divinitatis magis, quam  
humanitatis est §. 14. Conf. Tanta) meritò à L. B. veniam erratorum  
impetrare necessum est, eamq; haud difficulter me consecuturum.  
propterea spero, quod materia hæc à JCtis sparsim tractetur, & ego  
juris apices à primo duntaxat limine me vix salutasse lubens agno-  
scam. Memor ergo istius triti, qui nunquam malè nunquam bene, &  
quod animi non illiberalis sit mensuram in rebus honestis transcende-  
re arteq; ac Industriā conari quod viribus efficere nequimus, aggredi-  
dior Auspice Deo rem ipsam.

A

CAPUT

CAPUT I.

*Explicans Etymologiam, Synonym. Definit;  
& Divisionem Consili.*

§. I. Ordinem esse animata, & præcipuum naturæ & omnium in hâc universitate contentarum rerum causam inter alios Card. Tuschus Conclus. 197. lit. O. n. 1. egregie adserit; Idcirco jure merito ordinem JCtorum tam veterum quam recentiorū observaturus, ab ipsâ Etymologiâ tractationem præsentem ordior. Nec sine ratione; peccarem alias in morem & rationem juris, si aliundè auspiceret. Etenim Ulpianus positurus universi juris fundamenta sic exorsus est; *Juri operam daturum prius nosse oportet unde nomen juris descendat*, ut legitur in l. i. §. 1. P. de Just. & Jure, in quibus illud oportet hanç designat necessitatem, quæ imposita est Jura docentibus ac discentibus vid. l. i. §. 1. P. de Pactis & l. i. P. de Reb. Credit. Deinde turpe est prius determinare quam terminum intelligere, & verba sunt Instrumenta quibus res significantur eumq; in finem inventa, ut homo quod mente cogitatet appositiè proferre posset. Unde facile colligere licet graviter hallucinari eos, qui nimis audacter nostram Jurisprudentiam calumniari haud verentur, dicentes, Jurisprudentiam ne artis quidem nomen mereri, ideo, quod JCti nullum ordinem observent, & omne studium in explicacionem rerum, nullam in enodationem vocabulorum conferant, cum tamen & ordo & anxium JCtorum in Etymologiis enodandis studium ex legibus alleg. multisq;ve aliis abundè constet. Consilium itaq;ve à consulendo sive consiliendo dictum videtur, quasi is actus quo plures in unum locum saliant, & propriè quidem à rebus corporalibus, voce ad animum traductâ, eum actum denotare, quo plures in eandem sententiam convenient, unde & consultare derivatur, rectius quam à silendo ut Festus putat.

II. Diversimode autem sumitur vox consilii; aliquando enim significat consultationem plurium, & in bonam partem, Senatus aliusve corporis; unde factum, ut per translationem vocabuli, aliquando ipsum corpus consilium appellatum sit; ita Consilium, vocabatur Collegium eorum, qui manumissionis cognoscendæ causâ erant

erant constituti, quod in urbe Romana constabat quinque Senatoribus, & quinque equestris ordinis, in Provinciis XX. recuperatoribus Civibus Romanis. Vultejus in Comment. Inst. ad Tit: qui & ex quibus caus. Grot. in flor. sparsis; aliquando accipitur pro quadam congregazione, aliquid cum deliberatione tractandum deputata, quod etiam modò hodiè loquimur, cum multis in locis, Senatum, Consilium & Senatores Consiliarios vocamus, vernaculè Rahn und Rahnsherren. Alii consilia quævis alii juvantur, tam latè sumunt, ut imperium, jussum, Mandatum & fvasionem complectatur. Responsa Prudentum etiam consilia vocantur vid. Gambius in thes. Jurisprud. ex Barbosæ axiomatibus & Taboris analectis concinnat. ad Vocab. Consilium n. 2. *Aliquando consilium etiam significat propositum mentis, voluntatemque propriam l. 79. de R. I. I. §. 6. §. 3. def. furt. Tandem sumitur pro fvasione & hortatu §. 6. J. Mand. l. 47. de R. I. I. §. 3. de V. S. & hæc postrema acceptio est hujus loci. Vocatur alias persatio, admonitio &c.*

III. Cognitâ definitione nominis, & variâ significatione Consilii expôitâ, ordo exigit, ut definitionem rei aggrediar; nec movet, quod teste Javoleno l. 202. de R. I. in Jure definitio sit periculosa, cum allegatam legem non de definitione Logicâ, ut putat Bartolus, Alciatus, Decius, sed Juridicâ decisione vid. l. 32. pr. P. de Usur. & fruct. hoc est regulari traditione loqui, accurratiores statuant; Loquatur, ait Eichelius in Comment. ad Reg. Juris l. 202. Petrus Faber pro omnibus hæc subjiciens; *ita nos de regula juris audacter dicere possumus, qua constat, id juris definiri, non quod semper sed quod plerumq; obtinet.* Nec multum me turbabit quod videam variè à variis describi consilium, sed juvabit potius, si nulli mancipatus, tales consilii exhibuero descriptionem, quæ quid intellectum velim, commode exponat; Eam ergo sic concipio: *Consilium est fvasione modesta ab uno vel pluribus alicui ad aliquid faciendum vel non faciendum, communicata.* Althusius in Dicæolog. Lib. I. c. 120. §. 3. Tabor in Racemationibus criminalibus p. 119. Gœdæus ad l. 53. dc V. S. n. 11.

IV. Dixi consilium esse fvasionem modestam ex l. 50. §. 2. P. def. furt. l. I. §. 3. ff. de Servo corrupt. quæ voces satis indicant consi-

lum differre à præcepto, quod necessitatē importat, & à violentā compulsione quoniam à consilio omnis metus & minax locutio abesse debet; Dicitur porrò *communicata*; nam verba in mente retenta nihil operantur in foro soli I. 7. C. de Cond. ob causam datorum I. 25. C. de Transact. I. 50. P. de Cond. Indeb. at in foro polutiqve, cum quilibet hominum cogitationum reddere debeat rationem exactissimam. Nil tamen refert vivā voce communicet consilium, an quis per Scripturam mentem suam exprimat modo sensus perfectus ex verbis illis componi possit. Reliqua verba ad aliquid faciendum vel non faciendum finem consilii indicant, & differentiam suppeditant, quomodo accurate loquendo consilium differat à persvacione, scilicet persvasio inducit aliquem ad aliquid faciendum vel patiendum, non verò extenditur ad aliquid non faciendum v.g. cum dico svaideo ne contrahas cum hoc vel illo, propriè non est persvasio; At consilium dirigitur & ad faciendum & patiendum & non faciendum; alias differentias inter persvacionem & consilium accurate explicat Marius Giurba Cons. 14. n. 17. & Excell. Dn. Stryk. in disser. de Jure Persvas. c. 1. Goeddeus in Comment. ad I. 53. de V. S. n. II. putat, hæc verba in verborum consistens suavitate & blanditiis esse adjicienda definitioni; verum tutò illa omitti possunt quia tacitè insunt svasioni modeſtæ.

V. Consilium aliud est perfectionis aliud reverentiae. Vid. Menoch. 2. arbitr. quest. cas. 380. n. 3. & 4. Perfectionis est quando consulitur alicui ad perfectiorem statum, ut non faciat id, quod facere potest, ut se non defendat à perseciente & istud non est obligatorium Tusclus conclus. 762. lit. C. n. 1. Consilium reverentiae est, quando superior consuluit alicui, ut non faciat actum ob aliquam reverentiam superioris, sed tamen omnino & fixè non prohibet exercitium illius actus, & tale consilium obligat in tantum, ut faciens contrarium peccet venialiter. Aliquando consilium adhibetur ad decisionem causæ; aliquando ad extensionem contractus; quando partes ita convenient; aliquando ad aliquem actum faciendum iussu legis, vel alterius qui potest jubere. Aliud quoqve est ad bonum aliud ad malum, aliud fraudulentum & non fraudulentum per I. 47. de R. I. Aliud nudum, quod terminum simplicis monito-

ris

nis habet, hoc neminem obligat, cum liberum sit cuique apud se explorare consilium; alius cum instructione & effectu persuadendi coniunctum. Limitationis loco etiam diff. Dd. inter consilium indefinitum, seu absolutum, & determinatum seu relatum vid. Tab. Thes. lib. 3. cap. 57. axiom. 6.

## CAPUT II.

De

### Operationibus Consilii circa matrimonium.

§. I. Matrimonium contrahi praecedentibus sponsalibus indicat l. i. P. de Sponsal. quorum forma substantialis est liberrimus consensus non tantum contrahentium, verum etiam eorum, in quorum sunt potestate pr. J. de nupt. l. ii. P. de stat: hom l. 16. §. i. l. 18. l. 37. P. de Rit. nupt. l. 7. C. de nupt. unde patet Patris consilium liberos cogere non posse ad Sponsalia contrahenda, nec de Jure Canonum quod exserte hoc in negotio non coactum requirit consensum c. 14. X. de Sponsl. & can: i. C. 30. qv. 2. ubi non est consensus utriusq; ibi non est conjugium, etiamsi Pater & Mater hoc volunt; nec de Jure Justinianeo vid: l. 21. P. de R. N. & l. 22. C. de sup: ubi Imperatores Dioclet. & Maxim. ita rescriperunt, filium familias invitum ad uxorem ducendam cogi legum disciplina non permittit: Optimè! nam quod quis non diligit facile contemnit, Hinc varia incommoda oriuntur; imo ab omni humanitate alienum liberos cogere velle ad ea matrimonia à quibus totò abhorrent peccatore, cum tale matrimonium servitute durius judicandum. Nec de praxi totius ferè Europæ. Nec me moveat quod Parentes optimum pro liberis capiant consilium, & vi Patriæ potestatis liberis de matrimonio prospicere debeant. Diff. enim est inter cogere liberos ad matrimonium contra leges, & decenter liberis prospicere de Matrimonio secundam leges, posterius injunctum est serio parentibus, egregie hâc de re Plato l. 6. de LL. paterni, inquit, est officii, moribus civium diligenter examinatis idoneum sibi generum & maritum filie eligere; Prius autem tanquam abusus Patria Potestatis & exercitum Tyrannidis penitus ob rationes supra allegatas est prohibitum.

A 3

Quid

Quid ergo ad l. 22. ff. de R. N. ubi Ictus Celsus dicit, si patre cogente filius ducit uxorem quam non duceret si sui arbitrii esset, contraxit tamen matrimonium quod inter invitatos non contrahitur, maluisse hoc videtur. Scilicet dicendum cum Dionysio Gothofredo in notis ad hanc legem. Harpr. ad pr. J. de nupt. Carpz. in Jurispr. Consist. l. 2. def. 30. n. 14. 15. 16. (qui Antonium Fabrum benè refutat) Brunnem. ad l. 22. legem allegatam loqui de coactione svasu & exhortatione patris facta, seu ex metu reverentiali, non autem de violentia coactione.

II. Licet a. Consilium Patris cogere non possit Liberos ad sponsalia ineunda, impedire tamen potest liberos, ne vel personam desideratam uxorem ducant, vel personæ desideratae nubant, dummodo Pater justas dissentendi causas habeat; etenim sine consilio & consensu Patris nulla procedit despousatio liberorum, eaq; non tantum adversatur juri naturali, quod svadet, ut liberi ipsorum consilio quævis agant, à quibus tanto labore ad illam usq; ætatem educati sunt, atq; in hoc consistit honor parentibus necessariò exhibendus; Consulatur Paulus Cypræus de Spons. c. 6. §. 1. sic loquens, nec honor major, nec contumelia insignior parentibus haberi aut inferri potest, quam si liberi iis hic obtemperent aut refragentur in re tanti momenti & periculis quam juri Civili, ne Patri invito suus agnascatur heres. Nec obstat, quod in definitione nuptiarum consensus Parentum haud exprimatur, etenim disting: hic est inter implicitè & explicitè exprimi, licet explicitè mentio non fiat consensus parentum, implicitè tamen ejus utiq; sit mentio in Vocabulo scil. conjunctionis; aliam responsum suppeditat Carpz. l. 2. Jurispr. Consist. def. 38. n. 12. Caveant tamen Parentes, ne hanc potestatem nimis extendant & liberos planè à matrimonio contrahendo arceant, ne liberis ansa præbeatur impune debitam obedientiam recusandi.

III. Defunctis Parentibus liberi sunt in tutela, Tutoresq; idem ferè jus habent in pupilos pupillasq; quod habuit ipse Pater; hinc Q. an Tutoris consilium datum pupillis de ducendo nubendove vel non, eosdem obliget? Posset quis dicere hanc esse quæstionem Domitianam, quia masculus impubes, qui nondum explevit annos qua-

quatuordecim matrimonium contrahere vid. Nov. 100. c. 2. vers. novimus. & fœmella quæ minor duodecim annis nubere haud poscit. Verum cum ab impuberibus Sponsalia de niuptiis futuris contrahantur, vel à Tutoribus ultra pubertatem tutela continuetur, imo hodiè officia Tutorum & Curatorum fere sint confusa, quæstio hæc neutiquam suo destituitur effectu; Respondeo proinde cum Petro Heigio p. i: q. 22. n. 10. præcise & necessario quidem consilium Tutorum non obligare pupillos, nihilominus tamen pietatem & honestatem exigere, ut sequantur eorum consilium, quibus vi quarti præcepti reverentiam & obedientiam exhibere tenentur, cumq; pupilli alias sine Tutoris autoritate se obligare non possunt, honestum utiq; est, ut in matrimonio ineundo, tanquam re maximi momenti consilium tutoris non respuant, præprimis quod tutores pupillam elocare dicantur; nec difficultatem afferre poterit l. 2. ff. de R. N. ubi eorum præcise requiritur consensus ad contrahenda sponsalia in quorum potestate sunt constitutæ personæ contrahentes; quia lex allegata loquitur de avo & proavo potius quam tute & curatore.

IV. Quod si Tutoris consilium diserepet à consilio proximorum consangvineorum, Tutoresq; cum propinquis de eligendo marito non convenient, quid tum juris? Resp. Hoc in casu arbitrio judicis Ecclesiastici, Consistorii scil. hoc negotium committi debet, hoc cognitâ causâ statuet, quodnam Consilium tutius pariter & perfectius, præprimis cum puella cultu verecundiæ propriam suam voluntatem depromere nolit; alias multum tribuitur voluntati puellæ cujus ætatem supplet prudentia (*alias malitia*) quippe quæ ad dies vitæ futurò cum maritò cohabitare debet. Si verò extraneus quispiam consilium det filia familias, ut sponsalia ineat, matrimoniumq; contrahat cum minus digno, si id fiat invitis vel insciis parentibus, injuriam videtur facere ipsis parentibus sub quorum est custodia. Filiæ autem, si consenserit ex spontaneâ voluntate, nullo nec dolo nec metu coactæ, nulla sit injuria, nulla namq; sit injuria illi quæ sponte consensit, & si sit ad malum, licet pretio vel pre- cibus id, in quod liberè consensit ante fuerit tentatum. Unde fa- cile colligi potest, eos, qui nefariis machinationibus, conciliazioni- bus,

bus, consiliis ad elancularias conjugii promissiones vulgo *Vetustissimum*  
lungen puellas seducunt, easq; suis parentibus, priusquam maturum  
consiliū & ætatem consequantur, singulari quasi furti genere subducunt,  
secundum delicti qualitatem gravibus afficiendos esse pœnis arbitriis.  
Vid. Jus Prov: Prut: lib: 2. T. I. A. 1. §. 1. & seqq.

V. Sanchez de Matrimonio: lib: 4. Disput: 12. n. 10. querit quid  
juris hoc in easu carissimo tamen (nam & leges non obliuiscuntur  
eorum, quæ raro fiunt §. 22. J. de Rer: Divis: l. 3. ff. si pars. hered:  
petat:) quando scilicet Judex iuste Incarcerato, mortemq; pro me-  
rito svadet, se vitam ipsi condonaturum, si filiam Judicis, aut aliam  
quandam cognatam in matrimonium sumat, sin minus, mortem  
iuste illaturum, & is consentiat in prius, an facta aggratiatione se  
coactum esse ad matrimonium allegare possit? & recte respondet  
quod non, quia metus hic non injicitur ad matrimonium contra-  
hendum, sed potius ad pœnam tollendam. Sanchezium autem loqui  
non de quolibet judice, sed de eo qui est superior & jus aggratiandi  
habet, inde patet, quia jus aggratiandi accensetur Regalibus & qui-  
dem Majoribus, quæ judicibus merum imperium habentibus neuti-  
quam competunt, nisi iis ea à Superioribus fuerint concessa. Ha-  
bent equidem. Magistratus inferiores vi competentis meri imperii  
vim ac potestatem de criminibus judicandi, atq; secundum modum  
legibus præscriptum coërcendi. Verum ut & pœnam legibus de-  
finitam aut remittant aut minuant hoc sane illorum excedit potes-  
tatem Tiraquell: tr. de pœn. temper. Carpz. de L. Regia c. 9. Seçt: II.  
n. 25. & seqq. Hoc enim non esset secundum LL. judicare, atque  
crimina punire, sed contra leges agere, de illis dispensare, illisq;ve  
derogare. Hinc Marcianus in l.l. §. 4. ff. ad Sen: Cons: Turpill. ex  
sententia Papiniani quæ exstat in l. 15. pt: ff: ad Municip: Facti quidem,  
inquit questio in arbitrio est iudicantis, pœne vero persecutio non  
ejus voluntati mandatur, sed legis autoritati reservatur. Nimurum  
ejus est derogare legibus & de illis dispensare cuius est leges ferre.

CAPUT.

CAP. III.

De

*Operationibus Consilii circa ultimas vo-  
luntates.*

§. I. Delibatis operationibus consilii circa matrimonium, operations ejus circa ultimas voluntates explicandæ veniunt. Cura autem sàpè accidat, Testatores facere testamenta ex consilio & investigatione aliorum, hæredesque alios instituere posthabitis proximi consanguineis, quibus leges deferunt hereditatem; hinc non im- merito præmittitur quæstio hæc præjudicialis, an ad alterius instantiam & interrogationem, puta si Notarius interrogaret, an hunc vel illum heredem instituere velit illeque respondeat, se velle, testamentum factum valeat. Fachin. lib. 5. controv. c. 69. motus autho- ritate glossæ ad §. 6. l. 29. C. de Testam. affirmativam quidem tuetur ex l. 39. §. 1. ff. de L. 3. & l. 21. C. qui testam. fac. poss. vid. Vasquis illustr. controversial. c. 101. n. 4. Zafius lib. 1. Conf. 3. n. 37. Durandus de arte Testandi tit. 4. Caut. 2. n. 1. Ast, cum ut plurimum posteriores cogitationes meliores sint prioribus, hanc suam affirmativam revocat in lib. 10. Controv. c. 17. & rectè: Testator enim heredis no- men in testamento vel manu propriâ scribere, vel si scribere nequeat, coram testibus nuncupare debet l. 29. C. de Testam. is autem, qui ad interrogationem Notarii num hunc vel illum heredem institue- re velit, responder, se velle, coram testibus non nuncupat heredis nomen. Ergo. Deinde testamentum libera voluntatis nostræ sententia esse debet l. 1. ff. qui test. fac. poss. & l. 1. C. de SS. Eccles. libera vero non est, quæ ad instantiam præprimis importunam extorta est l. 1. & 2. ff. si quis aliq. test. prok. Nec juvat contrarium statuentes l. 29. §. 6. C. de Testam. Resp. enim, eam loqui de eo casu, quo Testator Notario prius vivâ voce exposuit, & voluntatem suam declaravit, isque eam in scripturam redactam ipsi prælegit, & an hæc esset ejus mens & voluntas interrogavit, multò minus l. 39. §. 1. d. L. 3. nam & ibi Testator prius vivâ voce exposuit, quænam prædia illi per fidei commissum relinqui destinaverat, & postea coram testibus ad hoc convocatis ad interrogationem fidei commissarii hanc suam volun-

B

tatem

tatem repetit. Minime l. ult. P. si quis aliq. test. proh. Aliud enim est ultimam alicujus voluntatem blando sermone provocare, aliud interrogando & instando alicujus voluntatem & heredis institutio-  
nem quodammodo extorquere, illud permisum ceteris paribus,  
hoc verò prohibitum, ideo quod naturæ testamentorum contra-  
rium vid. Viglius Zuichemus ad s. 3. J. de Testam. n. 12. Quod si  
gamen Notarius fortè liberos cognatos proximos, vel alium quem-  
vis amicum sibi deditissimum testatori proposuit, quos alias vero-  
similiter heredes instituturus fuisse, ex æquo & bono ejusmodi testa-  
mentum sustineri putat alleg. Viglius. conf. Mantz. de Testam. valid.  
& invalid. Tit. 3. q. 5. & Dd. ab eo allegat.

II. Porrò controvertunt Dd., an testamentum ex consilio  
& svasione alicujus factum valeat? Et Resp. quod non: cum enim  
testamentum sit *justa voluntatis nostræ sententia* l. 1. P. de Testam.  
facile ex hisce verbis apparet, quod Testamentum sive ultima volun-  
tas non debeat pendere ex alieno arbitrio l. 32. P. de hered. Inst. l. 52.  
P. de condit. & domonstr. *Distinguendum* verò hic esse autumo:  
*Aut* svasiones fuere moderatae *aut* immoderatae sive importuna*e*:  
*priori modo* testamentum ejusmodi svasionibus elicitor subsistit;  
*posteriori* nequam*que*; Rationem suppeditat Berlich. p. 3. concl. 6.  
n. 32. quia inter cetera à Testatore hoc requiritur, ut sponte, quiete,  
sedate, enixa & deliberata voluntate testetur: id autem non fit,  
si immoderatis svasionibus inducatur, quia tunc non habet liberam  
& præmeditatam voluntatem testandi, adeoque invalide (*excipe*)  
testamenta ad pias causas propter favorem cause Mynsing. Dec. 4.  
Resp. 35. n. 18.) testatur. Mantica de Conject. ult. vol. lib. 1. Tit. 7. n. 4.  
Idem quoque dicendum si importunis svasionibus ad testandum fuit  
allectus Menoch. de arb. Jud. quæst. l. 2. cent. 4. cas. 395. n. 41. per ratio-  
nem: quia tunc dicitur contra propriam voluntatem id egisse, Farin.  
de fals. & simul. quæst. 161. n. 58 & seqq. item n. 76. ubi tradit, quod  
idem sit, metu compellere aliquem ad testandum & id operari per im-  
portunas svasiones.

III. His præmissis facillimo negotio decidere licet vexatam  
questionem, num sc. liceat svasione, consilio, quempiam ad sibi re-  
linquendum inducere. Scilicet hoc esse omnino permisum obser-  
vatâ

vata limitatione hæc, modo id non fiat in præjudicium liberorum ve-  
parentum, alias est ipso jure nullum, & alterius testamenti jam  
conditi per l. 4. ff. de inoff. Test. Dauth. in tr. de Testam. Etenim  
si non est illicitum aliquem s̄vationibus modestis allicere ad sibi do-  
nandum ita nec ad testandum seqve instituendum Carpz. Part. 3. C. 5.  
def. 7. Gail. l. 2. Obs. 117. n. 4. & 5. vid. l. 60. §. fin ff. pro Soc. Nечуйс  
sententia refragatur l. 32. de hered. Instit. ubi dicitur, testamenta ex  
propriō non alienō debere pendere arbitrio; nam institutio hæc  
s̄vatione elicita non dependet ab alienā voluntate, sed potius pro-  
priā, cum exp̄sē ita testatus sit, licet s̄vatione alterius motus.  
Brunnem. ad l. 32. l. 1. C. de SS. Eccl.

IV. Unde fluit uni ex conjugib⁹ permisum esse, conjugem  
ad sibi relinquendum consilio quodam & s̄vatione inducere; modo  
sequens addatur observatio; videndum etenim num ex diverso ma-  
trimonio adsint liberi nec ne; priori casu vix erit permisum alter-  
uti conjugum ad sibi vel liberis relinquendum callidis uti persvasio-  
nibus, quæ in jure novercales vocantur & legibus exofæ sunt; poste-  
riori casu licet, quia conjux conjugi in testamento quid relinquere  
minime prohibetur l. fin. P. & C. si quis aliq. test. proh.; Si jam ut  
supra dictum modestæ extraneorum persvasiones non vitiant uli-  
mam voluntatem, cur conjugum s̄vations modo fraus & metus ab-  
sit, vitiaret easdem? cum consociatio eorum perpetuis usqve dul-  
cibus decorata esse debeat blandimentis. Notanter dixi, modo  
fraus & metus abſit; alias fraudulendæ s̄vations legata & testa-  
menta inter conjuges etiam evertunt, siquidem valde inhumanum  
est testatoris ultimam voluntatem ab herede decipi l. 39. in pr. ff. de  
L. 3. Peckius de Test. Conjug. l. 1. c. 17. n. 2. & alibi. Gail. 2. Obs. 117.  
Nec obstat donationes inter virum & uxorem esse illicitas, aliud  
enim est donatio inter vivos aliud ultima voluntas.

V. Ultima autem voluntas cum sit vel solennis ut Testa-  
mentum; vel minus solennis ut Codicillus, videndum, quid sen-  
tiendum de Codicillis, quos quis ex s̄vatione & Consilio alicujus  
conscr̄pit. Ubi idem notandum quod de Testamentis dictum;  
non obstante definitione, quod Codicillus sit ultima voluntas mi-  
nus solennis sine directa heredis institutione coram 5. testibus facta

I. fin. §. 3. C. de Codicill. Plus enim est testamentum facere quam Codicillos; quomodo ergo testamentū regulariter consilium & sva-  
tionem admittit, eodem modo & Codicilli; cui enim licet, quod  
est plus, non debet non licere quod est minus.

VI. Testamentis quoqve accedunt legata & fideicommissa.  
De legatis quær. An legatum adjecto hoc consiliō & hac conditione,  
si Legatarius aliam amplexus fuerit Religionem, conditione non-  
impletā debeatur? Agitata fuit hæc quæstio in eunte hoc seculo  
( teste Zieglero ) admodum acriter, & Jurisprudentum responsa  
undiquaque confluxerunt, vid. Jacob. Alemannum in Palæstr. con-  
sult. 10. Ego hac vice stabo à partibus Wittebergensium, Jenen-  
sium, Coburgensium, & aliorum, qui tales conditionem pro tur-  
pi adeoque pro non scripta habuerunt & pronunciarunt. Ea enim  
quæ lèdent pietatem, existimationem, verecundiam nostram &  
contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est I.  
15. P. de Condit. Instit. quis autem negaret, ipsum in Spiritum! S.  
horribiliter peccare, qui spe Legati consequendi & sic exigui lucri  
causa Religionem quam semel veram & Orthodoxam agnoscit, rur-  
sus deserit, & aliam agnoscit Wurm. I. P. Exerc. 5. q. 9. Aut enim  
ad veram Religionem legatum illud invitat, aut ad falsam & erro-  
neam: si ad veram & Legatarius paret conditioni, eo ipso peccat &  
Simoniam committit, dum spe lucri religionem illam amplexatur;  
si ad falsam duplice nomine peccat, & quod ad falsam desciscat re-  
ligionem, & quod spe lucri.

VII. Super adhuc est, ut dicamus de legatis hodiernò die in  
usum venientibus; nimirum si maritus uxori legata derelinquit, an-  
nexa conditione, ne docto nubat viro; Et puto salvo cujuslibet re-  
ctius sententis judicio tales conditiones non solum turpem, sed &  
cerebrinam, phantasticam & pro non adjecta habendam esse; & li-  
cet non adimpleatur, legata tamen omnino deberi. Vid. Peckius de  
Testam. Conjugum lib. 1. cap. 24. Salicetus ad Tit. C. de indict. vi-  
duitate toll. & Castrensis ibidem: qui plures alias conditiones quæ ad-  
jici solent legatis recensent, easqve solide explicant. Et nihil diffi-  
cultatis hæc res habet, modo possibiles conditiones ab impossibili-  
bus segregentur & talis regula notetur, quod conditio possibilis ad-  
jecta

jecta legato, à legatario impleri debeat, at impossibilis conditio habeatur pro non adiecta §. 10. I. de Hered. Instit. secus est in contractibus, ratio diversitatis petenda ex l. 31. ff. de O. & A.

## CAP. IV.

De

### Operationibus Consilii circa con- tractus.

§. I. Cum ultimis voluntatibus convenientiam quandam habent contractus l. 9. ff. de duob. reis. hinc etiam argumentatio à Contractibus ad ultimas voluntates secundum Doctor. aliquando valet Schneidw. ad t. J. de leg. Fus. Canin. toll. n. 6. Nicol. Everhard. in Topic. in loco à contract. ad ultimas voluntates. Godofr. in not. ad l. f. C. de legat. licet modò valeat hoc argumentum, quoties eadem est ratio in utroque.

II. Contractus in jure accipitur vel impropriè & quidem latè de actibus obligationem quomodo cunctis inducentibus qualis est ex judicialibus Litis Contestatio l. 3. §. 11. ff. de pecul. Jusjurandum. ex extrajudicialibus transactio &c. imò & delictum l. 52. ff. de Re Jud. l. 14. ff. de publ. & Veclig. Strictè de contractibus διπλεύεσσι ut in l. 19. ff. de V. S. vel propriè & est conventionis obligationem efficiacem suapè vi producens Cujac. in lib: 10. qq. Papin: ad l. 72. de contrah. empt. Strauch. dissert. ad Jus Justin: 12. th. 16, qui dividit contractum in verum in quo utriusq; contrahentium consensus vere & ab initio interponitur: vel quasi seu (ut quidem loqui amant) improprium, ubi consensus mutuus interpositus non est, sed lex præsumit, consensum intervenisse. Verus rursus est vel nominatus qui certam & distinctam naturam ideoq; certum & speciale nomen à jure habet; vel innominatus, qui propter vagam essentiam speciale nomen non habet; cui accensetur estimotorius contractus l. 5. ff. de præscript. verb. Cujac. lib: 10. qq. Papin: ad l. 72. de contrah. empt. Donell. 12. comm. 12. Vultej: ad pr. J. de Oblig: quæ ex contr. Hillig. ad d. loc. Donel. lit. A.

III. Nominati autem in quatuor genera dividuntur, aut ve  
re contrahuntur aut verbis aut literis aut consensu §. ult. J. de Oblig:

B 3

qui

qui re contrahuntur sunt tantum quatuor; *Mutuum, Commodatum, Depositum, Pignus.* Licet Doctores præter istos etiam alios contractus reales occurrere scribant, nempe 1. dotis 2. arrhædationem 3. contractus innominatos 4. donationem propter nuptias, 5. indebitum, & 6. precarium; quos ex parte refutavit Bachov. ad Treut. Vol. 2. disp. 7. th. 5. dotem, inqviens, in se consideratam esse modum acquirendi, ratione autem constitutionis pertinere ad stipulationem & pactum nudum lege vestitum, adeoq; nullo modo ad contractus reales; Et licet sèpè arrhadetur, attamen hæc in argumentum & probationem entionis contractæ datur ut indicat Imp: in pr. J. de Empt: & Vendit. Gajus in l. 35. ff. h.t. Eckholt ad tit: ff. de contr. empt: §. 2. sic contractus innominati malè referuntur ad contractus reales vid: Bach: 1. disp: Tr. 22. th.l. a. Donatio proper nuptias autem, cum & ipsa potius actus sit Harpr. ad §. 3. Inst. de Donation: malè definitur per contractum, nisi præcedente conventione aut stipulatione vel quavis ratione alia contractus materiam ac formam sortiatur Sithm. in nucl. Jur. p. m. 286. Sie Donel. 14. comm: 1. (quem etiam sequitur Vinnius 2. partit. 23.) precarium contractibus realibus adjiciunt, sed refutantur ex l. 8. §. 3. & l. 14. ff. de pree. vid: Bach. I. disp: Tr. 24. t. 5. lit. e. p. 924.

IV. Quer. E. quid consilium ad mutuo dandum &c. operetur v. g. siqvis alicui consilium dederit ut pecunias suas steriles alicui credat, ut hanc vel illam rem in illo loco deponat &c. & postea res male cedat? Posset aliquis dicere hunc Consiliarium non obligari, quia in liberò alterius arbitriò possum fuit, prius explorare an sibi expedit consilium l. 2. §. 6. inf. ff. Mand. Actus enim agentium ultra intentionem illorum nihil operari debet l. 19. ff. in pr. de Reb: Cred. & nemo cogitur consilium sequi quod ab aliquo petuit cap: cum olim 7. ubi pulchrè Glosf. & communiter Canonistæ ext. de Arbitris. Nihilominus tamen ex tali consilio obligatio oritur ad damnum resarcendum, præprimis si quis svadeat verbis specialibus & definitis & quidem individualiter v. g. ut pecuniam suam fñneret Sejo, ut apud Titium rem suam deponat &c. & sic fides quodammodo consultoris interposita est §. 6. J. Mand. Unde Cicero lib: 16. ad Attic. Epist. 8. qui consilium dat, inquit, fidem

fidem præstare tenetur. Cœterum cum animus, voluntas & propositum distingvant maleficia l. 53. ff. de furt. omnino intentio svidentis est observanda, veluti si dixit divitem, quem inopem, bonæ fidei virum, quem fraudatorem scivit; & sic utitur dolosis persuationibus & affectatis adhortationibus, tunc illud consilium degenerat in fraudulentum, cuius utique est obligatio l. 47. ff. de R. J. l. 1. P. de dol. mal. cap: nullus 62. de R. J. in 6. ibiqve Peckius num: 99. eod. in 6. Hackelm. illustr. quæst. disput. 9. th: 17. lit. C. Distinctio: tamen hic est, an Consiliarius per se & inconsultus, an vero interrogatus de bono aliquo consilio, consilium dederit; priori casu non solum ad levem sed etiam ad levisimam tenetur culpam l. 1. §. 35. deposit: videtur enim se ad curam diligentissimam obtulisse, & sponte se offerens præstat omne damnum ex hâc sua spontaneâ oblatione ortum: posteriori easu si esset interrogatus de bono communicando consilio, iterum respiciendum, an gratis an aliquo honorario accepto illud suggesserit; si gratis dolum saltē & latam culpam, si accepto honorario levem quoq; imo & levisimam præstare tenetur. Dolus enim est ejus qui aliud suggirerit, quam vere subesse scivit l. 8. ff. de dol. mal. Wesenbec. Conf. 351. n. 97. & 98.

V. Porro excutienda ardua controversia, in qua Dd. ferram contentionis acriter reciprocant, hæc scil. an literæ commendatitiæ obligent commendantem? Et Resp. quod non, tum quia ibi nulla est persuasio aut directa inductio Scotan. Ex. Jur. ad tit: Mand. q. 9. tum quia hæ literæ commendandi magis hominis quam mandandi causa scribuntur l. 12. §. 12. P. Mand. tum quia commendatio vim obligandi non habet l. 11. §. 2. P. de legat. in 3. nisi excircumstantiis alia scribentis voluntas colligi poscit, & commendator in literis recommendatiis specialiter ad quid se obliget l. 6. C. Mand. l. 9. l. f. C. quod cum eo qui in alien. pot. Carpz. Decis: 126. De literis recommendatiis in favorem alicujus scriptis non obligantibus vid. Bald. in l. 7. C. Mand. Köppen decis: 36. n. 10. In commendationibus autem quilibet debet esse cautus, teste Horatio:

Qualem commendas, etiam atq; etiam aspice: ne mox  
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Idem

Idem dicendum de literis fiducialibus, quas hodiē vocant: **Credendis**. **Briefe**/ quæ cum generaliter soliant, nullam obligationem nec præjudicium scribentis inferunt **Mascard.** de prob. conclus. 672. num. fin. & concl. 627. n. 1. & seqq. secus autem si specialiter sint compositæ, tunc omnino obligant scribentem: pulchrè hoc declarat **Rütger.** Rul. in tr. de **Commisſ.** & **Commissiōn.** part. 2. lib. 5. c. 14. addens, quæ præcipue ad illas literas spectant, quæ Legatis publicis dari solent. Exempla literarum fiducialium tam generalium quam specialium proponit **Wissenb.** disp. 32. th. 1. n. 4. & 5. **Schneidw.** ad tit. J. Mand. n. 6. 7. 8. & 9.

VI. Circa contractus consensuales disquiritur, quoq; obliget consilium? Et dist: esse puto cum **Schneidw.** ad §. 6. J. **Mandat.** aut enim datur consilium alias non contracturo v. g. si ego tibi aliquid tuā gratia mandavero, hocque mandatum sive potius consilium tanti apud te fuerit ponderis, ut alias non fuisses facturus, nisi mandassem, hoc casu ego tanquam consulens teneor l. 6. §. 5. ff. **Mand.** aut datur consilium aliàs contracturo, & tunc subdist: aut intervenit fraus in consulente & tenetur consulens: veluti cum scires eum, cui mutuabam facultatibus labi, & tamen lucri tui causa eum idoneum affirmasti: quia tunc teneris de dolo, ut sup: dict. aut non intervenit fraus ex parte consulentis & licet res postea malè succedat, non tamen consulens tenetur glos. in l. 2. in f. ff. **Mand.** **Dcc.** **Cagnol.** & **Philip:** **Matthæi** in l. 47. ff. de R. J. vid. **Harpr.** ad tit. J. **Mand.** n. 5. ibiq; alleg: **Autores.**

VII. Notandum quoq; est, licet de jure **Civ.** contrahentibus se invicem circumvenire permisum sit l. 16. §. 4. ff. de minor, tamen **eam** emptionem venditionē cum quis ex consilio alicujus item vilius vendit, ac sic ultra dimidium enormiter lāditur, rescindi posse ex l. 2. C. de rescind. vendit. nisi huic beneficio expresse renunciatum sit, & petere potest lāsus alternativè ut aut plane rescindatur emptio, vel justum suppleatur pretium c. 3. X. de Empt: & vend: cuius elec̄tio est penes reum **Carpz.** p. 2. C. 34. desin: 7. Quod si dolus dederit contractui huic emptionis causam, redditur is ipso jure nullus nec indiget rescissione.

VIII. Ne decipiatur Creditor, sidejusfores in securitatem ipsius

ipsius intervenire solent, qui si verbis intercesserint expressis, Principali non solvente, ipsi tenentur, ut ut ex ipsius Principalis svasione & consilio fidejusserint, habet tamen inductus svasione & consilio ad fidejubendum contra inducentem regressum, & de dolo experiri poterit l. 36. ff. de V. O. Siquis autem verbis ambiguis dixerit, ich wolte wel für ihn bürgen/ hic debitore principali non solvente ut fidejusor conveniri nequit, licet per hæc ipsa verba motus quasi sit creditor ad credendum, nam nondum se hoc in casu obligavit alter ad solvendum l. 12. §. 12. Mand. l. 7. §. 10. de dol. Mey: ad Jus Lub. lib. 3. t. 10. art: ult. n. 8. & 9. Carpz. Decis. 126.

## CAP. V.

### *De operationibus Consilii circa delicta.*

S. I. Cum ut supra dictum delicta in Jure nostro impropriè contractus vocentur, & sèpè JCti utantur hisce phrasibus, fraudem contrahere, capitale crimen contrahere, it: contrahere crimen perduellionis Borch. in pr. J. de oblig. quæ ex del. nasc. Ac in præcedentia capite operationes consilii circa contractus explicatae sint: ordo exigere videtur, ut quoq' de operationibus consilii circa delicta fiat sermo, præprimis cum §. II. J. de Oblig. quæ ex del. nasc. aliquam, hâc de re disserendi subministret materiam.

II. Delicta ex communi Dd. sententiâ dividuntur in *Publica*, (quæ ad dissipationem status Publici tendunt) ut sunt seditio, homicidia &c. & alia multa his similia; & *Privata* (quibus privatae vite affligitur commoditas) horum quatuor sunt species, furtum, rapina, damnum & injuria Mynsing. in rubr. ad tit. J. de Oblig. quæ ex del. nasc. Alias divisiones suggestit, Eckholt ad tit. ff. de priy. del. §. 3. Observandum autem hic, licet de Jure Canonico fere nullam differentiam esse inter publica & privata delicta statuat Clar. lib. 5. quæst. i. n. 6. Cum Baldo, Hostiense & aliis imo Autumn, ad tit. ff. de priv. del. nihilominus tamen jus Prov. Pruten. sequi Jus Civile & exserte dicere in lib. 6. T. I. A. I. §. 1. Crimina alia privata alias publica esse imo & in Imperio Rom. Germ. aliquò modò publica & privata delicta differre.

C

CAP.

III. Furibus qualem jus Civ. poenam dicitet, qualemque Constitutio Criminalis Car. V. patet ex §. 5. J. de Oblig. quæ de ex del. nasc. l. ult. ff. defurt. & art. 159. Const. Crim. Car. V. Hinc non incommode queritur? An is qui furi consilium dedit, obligetur? Et præmittendum quod Consilium videatur is dare, qui suadet *impellit arg. instruit adfurtum faciendum*, inquit Ulpianus in l. 50. §. 3. ff. de furtis. opem autem fert qui ministerium atq. adjutorium ad res surripiendas preberet. D. Bocer. in tract. de Poen. furt. criminalib. cap. 3. n. 2. & seqq. sicut autem nemo furtum facit sine dolo, ita quoque nec consilium sine dolo ferre nequit, dum nimur alii porrigitur ansa & commoditas subtrahendi Mynsing. ad §. II. J. de Oblig. quæ ex del. nasc. JCti nostri quando de his consiliis agunt, solent plerumq; opem conjungere, & utraqve ferè conjuncūm explicare, quia valde affinia sunt, & sapissimè evenit, ut consultor non procul sit à ferendā ope. Formulam actionis furti intentandæ refert Cicero lib. 3. de nat. Deor. ajo ope consilioq; tuo furtum factum esse. Edictum autem fortè ejusmodi fuit, cuius ope consilioq; furtum factum dicitur, in eum perinde ac si furtum ipse fecisset, dupli actionem dabo; ipsa illa verba ope & consilio in istis formulis interpretatur Paulus in l. 53. §. I. de V. S. paulo obscurius; Quærit autem quemadmodum accipienda sint, utrum ex sententiā conjungentium aut separantium, quo ipso indicat, diversimodè fuisse explicata, alias JCtos conjunxisse alios separasse; Ut ut autem primo Labeonis istam separantis sententiam veriorem dicat & ratione exemploq; probet, sic tamen postea fatetur, Veterum autoritate conjungentium opinionem receptam esse; Probat quidem Labeonis sententiam ex ipsa re desumpta; diversa enim & separata facta esse, aliud ejus qui opulatur furtum facientem, puta fenestrī scalas supponit, ut vel ostium effringat, vel res furtivas foris excipiat & absportet; aliud vero ejus qui nudum consilium furtum faciendi præbeat, interim domi latens, nec de eventu ullo modo sollicitus est. Exemplum à similitudine adducit: Sic enim ait alii condici potest, alii non potest i. e. eadem ratione accidit ut alius condicione furtivā teneatur, alius non teneatur, teneatur is, qui ipse furtum fecit, non teneatur ad quem res jam mala fide & lucri faciendi animo contrectata perveait; similitudo rationis autem

autem in eo consistit, quod facta diversa sint ipsius furis & ejus quam  
rem jam furtivam nanciscitur; ut hic opem ferentis & consultoris.

IV. Verum ista verba male plerumque accepta sunt; nonnulli  
existimant, Paulum non Exemplis sed propriæ differentia gratia addu-  
cere, nimis quasi dicat, opem ferenti rem condici, non consultori,  
sed contrarium disertis probatur verbis ex l. 6. ff. & Cond. furt; &  
vanum ut quidam ait est emplastrum quod imponunt, cum hic condi-  
tionem certi generalem, illuc furtivam intelligi volunt; nam si qua  
est generalis, erit tamen ejusdem naturæ cum furtiva; aut si regularis  
personalis sit, nihil impedit quo minus illa tam contra consultorem  
detur, quam contra opitulanten; Altera eorum responsio pejor est  
per conditionem intelligi actionem furti personalem; ea enim insolu-  
lens locutio est, & nihil simile in §. 14. J. de act. quem allegant, reperitur.  
Et tertio quod putant forte hic rem pervenisse ad opitulanten non  
vero in d. l. 6. mera conjectura est, & nondum difficultatem tollit;  
nam furti condicio non datur adversus eum ad quem res pervenit, ita  
enim & adversus consultorem dari posset, sed tantum adversus eum,  
qui suâ manu & quidem principaliter furtum fecit l. 5. & l. 6. ff. de  
Cond. furt.

V. Labeconis autem aliquando receptæ sententiae vesti-  
gium deprehendimus in Ulpiano l. 36. pr. l. 52. §. 19. ff. de furtis ex  
mente Pomponii & Sabini item l. 50. §. 1. ff. eod. ex mente Celsi; nam  
illi ex solâ ope sine furandi consilio in eam formulam quam tracta-  
mus incidisse aliquem statuerunt; Cæterum Pauli testimonium in  
l. 53. de V. S. de receptâ contraria sententia his verbis explicatur; Sa-  
nè post veterum autoritatem, eo perventum est, ut nemo ope viden-  
tur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit; nec consilium habu-  
isse noceat, nisi & factum secutum fuerit; Unde satis apparet opera  
sine Consilio ad formulari non referandam, at, nec consilium sine  
ope vindicari: id vero multis iniqvum videtur, ideoq; negant id dici,  
& factum cujus mentio fit non de opitulatione ejus qui consilium de-  
derit sed de ipso furto adeoq; factu ejus cui consilium datum est inter-  
pretantur; quasi neget Ictus Consultorem hæc formula conveniri,  
si furtum consultum factum non sit.

VI. Ego ut ingenuè calculum meum qualem qualem addam  
cum Wissenb: & B. D. Woldero ad d. l. 53. ff. de V. S. statuo, quod

hæc verba tam separata quam conjunctim accipi possint. Qui enim opem tulit furanti, tenetur furti, tametsi consilio eum non juverit, & is cuius consilio furtum factum est, ita ut consilium laus & assentatio ad facinus suscipiendum aliquod momentum attulerit, furti quoq; tenetur, licet nullam adhibuerit opem. Alias enim qui laude suâ ad pravum facinus nihil contulit, non ipsum facinus, sed pravam suam voluntatem luere debet: Sic lex Longobardorum l. i. tit. 9. §. 25. pro faciente habet, qui facinorosum adstans hortatur. Add. Roman: i. v. ult. Anth: Matth: de criminib. proleg: c. i. §. 9. 10. & 14. Adjicienda huic sententia est distinctio quedam, utrum quis consilium dederit cum instructione aut nudum tantum consilium. Hoc non obligat nec peccatum meretur. Verbo enim furtum non committitur. illud autem obligat & punitur vid: l. 152. §. 19. ff. d. furt. Nudum autem consilium voco illud quod furtum non est secutum, si enim secutum esset, tuus consultor omnino teneretur ob consilium malignum, praesertim si absq; consilio furtum facturus non erat: nec enim qui alicui malum consilium dat, furtum facit non magis, quam qui alicui svadet ut se præcipitet aut manus sibi in ferat l. 36. ff. d. furt. Nullum vero furtum fieri potest sine contrectatione, contrectatione itaq; non secutâ neq; is qui consilium dedit furti tenetur Borch: ad §. ii. J. d. obl. quæ ex del. nasc.

VII. Circa injurias observandum, non tantum eum injuriarum actione conveniri posse, qui convitium dixit, verum & eum qui alteri consilium suggestit, quo tertio alicui injuriam inferret, modo injuria verè secuta sit, quia verum est eum voluntatem habuisse, illud delictum de quo quæritur admittendi, Unde Pontifex in cap. 72. de R. J. in 6to qui facit per alium perinde esse ac si faciat per semet ipsum, Et Paulus I Cts l. 169. de R. J. is damnum dat qui jubet dare Ulpianus l. 152. §. 1. eod. dejecit & qui mandat. Et iterum l. i. §. 12. ff. de Vi & Vi arm. dejecisse etiam is videtur, qui mandavit vel juscit ut aliquis dejiciatur; parvi enim referre visum est suis manibus quis dejiciat an vero per alium. Jt: l. 15. §. 8. de Injur. fecisse convitium non tantum is videtur qui vociferatus est, nam is etiam qui concitat ad vociferationem alios, vel qui summisit ut vociferentur. Jt. Marcellus l. 12. ff. quæ in fraud. Cred. Si pater filio familias concederit ut in fraudem creditorum alienaret videbitur ipse fecisse add. l. i. §. 1. ff. de eo per quem factum quo minus &c.

VIII. Do-

VIII. Domino contra corruptem famulos aut ministros familiæ consilio malo, actionem utilem servi corrupti competere, immo Parentibus ob corruptos vel quolibet modo deterioratos liberos vid: Brunn: ad l. 14. §. 1. ff. de serv. corr. notum est. Add. Franzk. ad tit: de serv. corr. Ut proinde manifestum sit hunc Consiliarium utique obligatum esse.

IX. Primum locum inter publica delicta cum immanitate tum gravitate obtinet Crimen læsa Majestatis. Et committitur adversus Majestatem, quod patet ex Inscriptione tituli ff. & C. ad l. Jul. Majest: Majestatem autem hic non divinam sed humanam intelligo; Quid enim absolute in jure mentio fit criminis læsa Majestatis, crimen denotatur læsa Majestatis humanæ l. 4. C. de hæret. eo quod crimen L. M. divinæ propriè sacrilegium appelletur l. 1. in pr. ff. ad l. Jul. Maj. ut sunt Blasphemia, hæresis, Apostasia, incantatio & l. 1. & 24. C. de Apostat. In hoc crimine L. M. Consiliarium eodem esse obligatum modo ac delinquentem quis est qui nescit? cum & consciū hujus criminis puniendi l. 40. de poen. ubi enim eadem est ratio ibi quoq; debet eadem juris esse dispositio arg: l. 32. ff ad leg: Aqvl.

X. Secundum publici Judicij crimen omnibus foedius & detestabilius est adulterium l. Corinth. 9. v. 19. cœtera enim crimina extra corpus committuntur, hoc vero solum ipsum corpus contaminat, & semper alia sibi ut ait Mynt. ad §. 4. J. de publ. Jud. n. 1. adnexa vitia habet; Unde etiam de reliquis publicis criminibus transigere licet, de adulterio vero non item l. 18. C. de Transact. Circa quod notandum, ivadentem datâ pecunia ut adulterium secum committat mulier, vi adulterium committere dici; Is autem qui alterius Uxori adulterium fvasit, secuto delicto, poena legis Julianæ de adulteriis ordinaria puniendus, at delicto nondum subsecuto propter solum consilium eadem affici non potest, ne quidem si ad actum proximum pervenerit, nam in hoc delicto affectus ordinaria non punitur poena nisi sequatur effectus l. 16. & 18. de poen. Gell. lib. 7. Noct. Act. c. 3.

XI. Ex modo dictis satis ut opinor colligi potest, quid juris in reliquis criminibus Homicidio scil. Patricidio, falso, peculatu &c. que hic excutere non vacat, totum enim tractatum de Consilio conscribere non constitui; is vero qui plura desiderat consulat Covar. curv.

REV. Clem. si furiosus part: 2. §. 2. n. 1. Molin. de J. & J. Tom: 4.  
disp: 33. membr: 2. Gail. lib: 2. obs: 109. Struv. Jurispr. forens. lib: 3. t: 28.

## CAP. VI.

### *De pœnis infligendis isti, qui consilium suggerit fraudulentum.*

§. I. Paucis adhuc absolvenda erit pœna consilii fraudulentii: & sanè regulariter consilium fraudulentum arbitriariè pro qualitate variarum circumstantiarum est puniendum, in specie autem is qui ob fraudem dolumve suo nomine condemnatur fit infamis I. I. ff. & his qui not: inf. Hinc si speciale consilium quis dederit, puta si ostenderit, quâ viâ in ædes sit penetrandum, & quô tempore, ubi res amovei aptæ sint positæ, aut quæ ratio latendi, hic sanè non medio-criter furem redolebit, & per consequens pœna furti afficiendus, cum nemini dolus suus prodesse debeat. Anth: Matth. de crimin: proleg. c. i. §. 7.

II. Fuchsius in paraphr. Inst: ad marg: §. II. J. & Oblig: quæ ex del. nasc. in praxi, ait, inter opem à furtô proximam, & remotiorē ferè distingvunt: qui operam delicto proximam præstiterunt, & de furo eam quantitatem, quæ juxta constitutiones aut couisuetudinem ad infligendam suspendii pœnam sufficiat, participarunt, eadem quâ ipsi fures pœna plectuntur. Qui verò opem à furto remotiorem præstiterunt, ut qui instrumenta, malleos, scalas accommodarunt, aut qui furtô jam perfecto opem præstiterunt, ii pro qualitate personarum & circumstantiis' arbitriarià pœnâ afficiuntur, fustigatione, relegatione, carcere, pecuniariâ, Carpz. p. 4.c. 40. d. 3. in prax. crim. Illud adhuc notandum, quod illi, qui consilium & opem præstant, mitius puniantur, quam ipsi fures; quod & usu observari adserit Welemb. loc. infr. alleg: memini, inquiens, etiam non subsecuto furtô, carcere aliquamdiu fuisse punitos, qui consilium furandi dedissent, aut operam ad id sceleris essent polliciti; nisi in ipso furandi actu auxilium fuerit præstitum: tunc enim Auxiliator cum Principali eadem pœnâ plectitur; qui enim auxilium in ipso actu præstat, socius est, ac planè simul furtum facit Welemb. ad Tit. de furt. n. II.v. quia tamen.

III. Doctores quoq; ordinarià pœnâ afficiendos esse eos statuant,

uit, quorum hortatu, svasu, consilio crimen perpetratum est: nihil enim interest, utrum quis occidat, an causam mortis præbeat l. 15. ff. ad leg. Corn. de Sicar. Communiter autem disting. fueritne reus & absq; consilio peccatus nec ne Wisenb: ad l. 47. ff. & R. J. §. 3.

IV. Distinguendi hic sunt ii quibus parendi necessitas incumbit, ab iis, quibus non incumbit; id fere est, imperium & jussus distinguenda sunt à consilio; privatus Magistratui, filius in potestate Patri, servus Domino, iisq; qui loco Dominorum sunt parere debent. His obtemperantibus ignoscitur aut non ignoscitur pro modo admissi; Si res maleficium seu atrocitatem facinoris vel sceleris non habet ignoscitur; non vero si tale quid habeat tametsi ut eo sanctior jubentium authoritas sit, ne tunc quidem aliqua ex parte non ignoscatur, ab ordinariâ tamen poenâ excusantur. De servis scriptum est, autore Ulpiano lib: 71. ad Edictum his verbis? *Ad ea que non habent atrocitatem facinoris vel sceleris ignoscitur servis, si vel Dominis, vel his, qui vice Dominorum sunt, obtemperaverint.* Bisea repetuntur in nostris Pandectis; semel constituant principium l. 157. de R. J. iterum l. 11. quod vi aut clm'§. 7. Ei sententiae convenit Alfeni quæ in l. 40. de O. & A. proponitur; addiq; potest Ulpiani l. 2. §. 1. de Noxal. act. ejusdemq; l. 17. §. 7. de injur: ubi de artoci criminе hæc subjicit; Cæterum & si occiderit (servus scil.) jussu Domini, Cornelia eum eximemus. Hinc & Aristoteles lib: 6. Eth. negat servum obsequenter seu obsequendo nocentem injustum esse, quamquam faciat quod justum non sit. Utique autem Ictus loquitur tantum de servis, sed sententia tamen generalis est, & æquitas ivadet, facta ex atrocitate distinguenda esse non minus in cœteris, quam in servis. Sanè de non atrocibus factis accipienda sunt quæ Paulus de privatis Magistratibus obsecundantibus in l. 267. §. 1. de R. J. scribit. Qui jussu, inquit, Judicis aliquid (ab atrocitate sejunctum) facit non videtur dolo malo facere, quia parere necesse habet; totidem verbis id ferè repetitur à Pontifice c. 24. de R. J. in 6to. Item quæ Ulpianus l. 13. §. 2. de injuriis, dicit. Si quis quod editio prætoris non obtemperavit ductus fit, non est in ea causa ut agat injuriarum, propter Prætoris præceptum. Item illa Juliani l. 5. ad l. Corn: de fals. de filio patri obtemperante Senatus poenam (legis scil. Corn: de fals.) remisit ei qui legata à se testamento data Codicillis suâ manu scriptis ademerat, additâ ratione, quia jussu Patris

id

id fecerat. At si flagitium atrox erit, sine dubio obtinebit sententia I. 17. §. 7. de injur. Ordinaria quidem poena cessabit, aliqua tamen infligetur; in quem modum temperanda generalis Pedii sententia relata à Paulo I. 21. §. 1. ff. ter. amot. Servum in facinoribus Domino audientem esse non debere. Ast si eum consideremus, cui parendi necessitas non incumbit, in neutro criminis generē justa erit excusatio; Ideo Javolenus I. 36. pr. ad L. Aquil. de libero homine in non atrocī delictō locutus, negat cum eo agi, qui manu injuriam intulerit alterius jussu, si alter jus imperāndi habuerit; Unde à contrario sensu educitur (quod licet, modo non absurdum aliquod exinde resulteret) ipsum actione conveniri oportere, si alter id ius non habuerit, quod multo clarius de atrocī crimine proponitur in I. 5. C. de accusat.

V. In controversiam venire solet, si quis alicui svadeat ut vulneret Sempronium, isq; Sempronium occidat, an Svasor cædis reus sit? Dicendum utiq; L. Aquil. Svasorem de occiso teneri, sed non Cornelia, quoniam ibi vel levissima culpa sufficit secundum §. 3. J. de leg. Aquil. & I. 44. pr. ff. ad L. Aquil. hic propositum occidendi desideratur. Sanè propositum occidendi non habet, qui verbēa duntaxat & vulnera svadet; videtur tamen aliquanto pondus habere, quod à malo exemplo in contrarium adferri solet à Claro, Gomesio & aliis; Et credo non iniquum esse capitī poenam ejusmodi svatoribus dictare, in iis præprimis locis, ubi id flagitium frequens est arg: I. 16. §. pen. de poen.

Et hæc sunt B. L. quæ pro instituti ratione & ingenii modulo de intricatisimā atq; arduā Consilii materiā disserere volui. Plura equidem eaq; accuratiora addi potuisse & adhuc posse non eo inficias. Verum mihi ea etiamsi vellem prolixius persequi tam ingenii tenuitas, quam alia prohibet necessitas; Serenā igitur hæc omnia intuearis fronte, & si quid in hoc discursu prætermissum aut minus aptè dictum, nequaquam vitupera, sed imbecillitati humanae adscribe. Cæterum uti Divini numinis auspicio exorsus sum, ita illius auspiciō finem quoq; huic Disputationi impono, insimulq;

Excellentissimo Domino Præsidi pro fidelissimā informa-  
tione propitium numen animitus precor.

Sit ergo semper

S. D. G.









## AC CARCERES IN CAUSA DEBI

*sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum  
cambiale usu vel lege haud inventum; nihil  
valide cambialiter conveniri posse, docet Br.  
For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. H.  
IV. §. 4. p. m. 833.*

- 8) In litteris cambii non requiritur jam facta ex*cessio jure Saxonico et aliorum locorum le  
cambium et pactum obligationis ad carcerem  
xonia.*
- 9) In iisdem igitur nec bonorum cesso liberat a*Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. de obligatione  
causa debiti. Lips. hab. 1723. et V. C. Ioh. Fr.  
de pecunia mutuaticia tuto collocanda. Cap. II.  
jus autor exquisitora tradit, quam inscrip  
promittit.*

## §. CXVIII.

*Obligatio ad obstagium etiam ab obligatione  
rem est diversa. Illa enim, nomine ante diem ne  
bitor interpellatus diversorum publicum ingredi, in  
stere, donec creditori satisfecerit, obstringitur.  
cum designatum haud ingreditur, per sententiam o  
gitur et quidem cum comminatione poenae des Schi  
tenia ita habet: Ist beklagter also fort nach Ins  
nach den öffentlichen Gast-Hof N. zugegeben und da  
gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Con  
dem nicht also nachkommen wird, daß auf den fal  
des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt  
auf ferner gegen ihn ernstlich verfahren werden soll  
obstagium hodiendum in terris Slesvico-Holsaticis, He  
re constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati Gelnbau  
bus Spirensibus an. 1349. datis se ipse ad obstagium*

K 3

